Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35272
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



de nomine tuo afflixit populum tuum
et non liberasti eos. Cap. VI.
Dixit dns ad moysen. Nunc
videbis que facturus sim pha-
raoni. Manu enim forti dimittet
eos et in manu robusta eiicet illos
de terra sua. Locutusque est dns ad
moysen dicens. Ego sum dns qui apparui
abrahae ysaac et iacob in deo om-
potente et nomen meum adonai non
indicaui eis. Pepigi quoque fedus
ut darem illis terram chanaan terram
peregrinationis eorum in qua fuerunt
ad venere. Ego audiui gemitum
filiorum israhel quo egyptii oppres-
runt eos et recordatus sum pacti
mei. Ideo dic filiis israhel. Ego dns
qui educam vos de angustiis egypt-
orum et eruam de seruitute ac re-
dimam in brachio extento et in
iudiciis magnis et assumam vos
michi in populum et ero vobis deus
Cognoscetisque quia ego sum dns deus
vester qui eduxerit vos de egypto
labore egyptiorum et in duxerit in terram
super quam leuaui manum meam
ut darem ea abrahae ysaac et ia-
cob. Dabo que vobis illam possidan-
dam. Ego dns. Narrauit ergo
moyses ea filiis israhel. Qui
non acquieuerunt et pre angus-
tia spiritus et opprobrio durissimum
locutusque est dns ad moysen dicens
Ingredere et loquere ad pharaonem
regem egypti ut dimittat filios
israhel de terra sua. Respondit
moyses coram dno. Ecce filii israhel
non me audiunt et quomodo au-
diet pharao presertim cum sim incir-
cumcisus labiis. Locutusque est dns
ad moysen et aaron et dedit
mandatum ad filios israhel et ad
pharaonem regem egypti ut duc-
ret filios israhel de terra egypti
Isti sunt principes domorum per familias
suas filii ruben primogeniti israhe-
lis enoch et phallu ezrom et
charmi. Hec cognationes ruben
filii symeon. Iamuhel et Iamin
et aod et iachin et sohar et saul
filius chanaanitidis. Hec cognationes
symeon. Et hec nomina filiorum leui
per cognationes suas gersyn et caath
et merari. Anni autem vite leui
fuerunt centum triginta septem filii
gersyn lebeni et semei per cog-
nationes suas filii caath amram
et ysuar et ebron et oziel
Anni autem vite caath centum triginta
tres. Filii merari mooli et musi
hec cognationes leui per familias
suas. Accepit autem amram uxorem
iochabeth patruelem suam que peperit
ei aaron et moysen et mariam
fuerunt autem anni vite amram centum
triginta septem. Filii quoque ysaar
ac chore nafeg et zechri filii
quoque oziel misahel et elsapha
et sethri. Accepit autem aaron uxo-
rem elisabeth filia aminadab
sororem naason que peperit ei nadab
et abiuth et eleazar et ithamar
filii quoque chore. Iser et elcha-
na et abiasab. Hec sunt cognationes
coritarum. At vero eleazar filius
aaron accepit uxorem de filiabus
phutiel que peperit ei finees hii
sunt principes familiarum leuitarum
per cognationes suas. Iste est aaron
et moyses quibus precepit dns
ut educerent filios israhel de terra
egypti per turmas suas. Hii sunt
qui locuti sunt ad pharaonem regem
egypti ut educat filios israhel
de egypto moyses et aaron